



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Nuptiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Nuptia.

- 1 Sabbatho integro ante primam Dominicam Auentus nuptiarum solemnitas non est prohibita; sed prohibitio incipit à mediâ nocte, quia à media nocte incipit prima Dominica Auentus; vt fer. 4. Ciner. incipit etiam à mediâ nocte. Pontius. p. 3. tr. 4. ref. 202.
- 2 Vt mulier transire possit ad secundas nuptias, non sufficit præsumptio verosimilis de morte viri: si tamen persuasio esset valdè probabilis, & iustissima credendi causa, non peccaret, si bonâ fide ad secundas nuptias transiret. Quia in moralibus sufficit probabilissima, licet non omnino certa opinio. Laym. *ibid.* ref. 214.
- 3 Si coniuges ante benedictionem matrim. consumment, ne venialiter quidem peccant; si verò ante denuntiationes factas contrahant, peccant mortaliter, vt & Parochus tali matrimonio assistens: non tamen est irritum, si cetera requisita obseruentur. Sanchez & alij 2. At si denuntiationes ante nuptias factæ nō fuerunt, faciendæ sunt ante consummationem matrimonij, nisi Episcopo videantur præ-
- ter-

termittendæ. Laym. *ibid.* ref. 240. & 241.

4 Cæremoniæ in secundis nuptiis adhiberi non possunt temporibus ab Ecclesiâ prohibitis; quia pertinent ad solennitatē nuptialem, licet non adhibeatur benedictio nuptialis, quæ sine mortali omitti potest. Pontius. *ibid.* ref. 265.

5 Non videtur p. m. tempore Aduentus & Quadragesimæ traducere sponfam solenniter in domum sponsi, & celebrare conuiuia; sic enim consuetudine receptum est, conuiuentibus Prælati. Sanchez & Villalobos. etsi id neget Pontius. *ibid.* ref. 266.

O B E D I E N T I A.

IN varietate opinionum inter Superiorem & subditum, tenetur subditus obedire, nisi euidenter cognoscat illicitum esse quod præcipitur. Vasquez & alij. Contrarium tamen est probabile, numquam teneri, quando probabiliter iudicat illicitum esse, vel extra Superioris iurisdictionem: quia non tenetur obedire, quando pro-

F f 4

babile